

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

2021

A. n. Ω.
AD AVDIENDA
IN ACROASI PUBLICA
PARADOXA
DE VITIIS PERTVRBATIONIBVSQVE ANIMI
IN VISCERA SVA SAEVIENTIBVS
AKVSMATA
&
ORATIONES *προσχωρητικός*
JVVENVM HUMANISSIMIS ET PLACIDISSIMIS
MORIBVS

JO. CHRISTIANI MIECKISCH
&
CHRISTIAN. SIGISMVNDI JACOBI,
SAGANO SILESIORVM,

ACADEMIAS PETITVRORVM,
cras, si DEVS adiuuerit, secundum sacra matutina
MAECENATES, LITTERATOS ET LITTERARVM

AMATORES

cas, qua decet humanitate vocat

&

prolusionis loco

PETRONII VERBA:

NOLVNT LIBEROS SVOS SEVERA LEGE PROFICERE,
ex veteri Romanorum disciplina

illustrat

Jo. Gottfr. Zeiske,
rector lycei sorani & societatis saxonicae
charit. & scientiar. collega.

SORAVIAE, stanno ROTHIANO.

CRUDITATIS STUDIORUM CULPAM IN PARENTES CONFERT PETRONIUS, & CAE-
CI ILLOS FILIORUM AMORIS AC NIMIAE INDULGENTIAE COARGUIT. NIMI-
RUM CUM AGAMEMNON, QUEM LOQUENTER INDUCIT ARBITRI, DIXIS-
SET, DOCTORES NECESSA HABERE CUM INSANIENTIBUS FURERE, & NE SOLI IN
SCHOLIS RELINQUANTUR, DICERE, QUE ADOLESCENTULI PROBENT, ADDIT: QUID ERGO EST?
PARENTES OBIVIGATIONE DIGNI SUM, QUI NOLUNT LIBEROS SUOS SEUERA LEGE PROFICERE.
LICEAT DE ROMANIS DUNTEXAT AGERE: ID ERIT SECURIUS & INVIDIAE MINUS OBNO-
XIUM. SEUERA ISTA LEX DOMESTICAM & SCHOLASTICAM DISCIPLINAM COMPLECTI-
TUR. DEILLA AUCTOR DIALOGI, QUI INSCRIPTUS EST ORATORES (C. 28.) Suum cuicunque
filium ex cœlia parente natum non in cella emta nutritio, sed gremio ac sine
matris educationem, in qua re PLUTARCHI, PHAVORINI, QUINTILIANI, ALIORUMQUE
TESTIMONIA HIS CONSENTANEA ADDUCERE SUPERUACUUM EST. ELECAM ADDIT MESS-
FALLA ALIQUAM MAIOREM NATU PROPINQUAM, CIUIUS PROBATIS SPECIATIQUE MORIBUS
OMNIS CIUICIPAM FAMILIA SIBOLES COMMITTERETUR, CORAM QUA NEQUE DICERE SAS,
QUOD TURPE DIU, NEQUE FACERE, QUOD INBONESTUM FAJU VIDERETUR. QUINTILIANUS ETIAM AD SEXUM FORTIORUM REFERIT: NIHIL MINUS, INQUIENS (I. 1. C. 2.)
AMICUM, GRAUEM VIRUM AUT FIDELEM LIBERTUM LATERI FILII SUI ADIRENGERE (LICET)
CIUIUS AFFIDATUS COMITATUS ETIAM ILLOS (PRÆCEPTORES) MELIORES FACIAS, QUI TIME-
BANTUR; VT NUNC DE PATRIBUS, ACIBUS MORUM CENSORIBUS RACEAM. SED DE
MATRONIS QUOQUE IN SACRIS EXEMPLIO ESSE POSSUNT SANCTISSIMA SCÉMINA, LOIS
& EUNICE, AUIA & MATER TIMOTHEI. PERGIT MESSALLA: AC NON STUDIA MODO
CURASQUE SED REMISSIONES LUSIUSQUE PUEROVUM SANCTITATE QUADAM AC VEREUNDIA
TEMPERABAT. UT NON NIJ LIBERALES LUSUS PRIMÆ ARTATI CONCEDIT ARISTOTELES;
ITA DE ROMANIS TESTEM HABEMUS TULLIUM: PUERIS NON OMNEM IUDENDI LICEN-
TIAM DAMUS, SED EAM, QUAZ AB HONESTIS ACTIONIBUS NON EST ALIENA. QOD NON RE-
ETIUS QUAM SUB OCULIS HONESTÆ ALICUIUS MATRONÆ AUT VIRI GRAUIS FIERI POTE-
RAT. SIE CORNELIUS GRACIUS, SI AARCLIAM CESARI, SIC ATTIAM AUGUSTI
MAREM PREFUSSÆ EDUCATIONIBUS AC PRODUXISSE PRINCIPES LIBEROS ACCEPIMUS. QUI-
BUS NOS IUNGIMUS JULIAM PROCILLAM AGRICOLAË MAREM (TAC. C. 4.) & CO-
RELLIAM HISPULLAM APUD PLINIUM. (I. 3. EP. 3.) SUPEREST ILLUD: QUA DISCIPLINA
AC SEUERITAS CO PERTINEBAT, UT SINCUERA & INTEGRA & NULLI PRAUITIBUS DETOR-
TA UNIUSCUIUSQUE NATURA TOTO STATIM PECCATORI ARRIPERET ARTES HONESTAS. NEC
DUBIUM EST, QUIN GULÆ AC LUXURIA, FORMAE NIMIO & FASTI QUÆLITA FUERINT
REMEDIA. VULT SANE SENeca DE IRA (I. 2. C. 21.) LONGE AB AFFECTIONATE PUERI-
TATI REMOVERI, AUDIRE VERUM & TIMERE, MAIORIBUS ASSURGERE, EXPROBRARI ILLI
PERPERAM FAJU. HÆC DISCIPLINA DOMESTICA; NEC LANGUIDIOR SCHOLASTICA, AD
QUAM REFERO, QUOD PUERI PRÆTEXTARI ANTE LUCEM SCHOLAS FREQUENTARI, ID
QUE NON PER INTERVALLA AUT ARBITRARI FUE, SED ASSIDUE & SINGULIS DIESBUS,
QUANquam ANTE SCHOLAS PUBLICE INSTITUTAS DE HIPPODROMO & PALÆSTRA VBI
REUERTISSENT DOMUM, CINCTICULO (V. PLAUT, BACCHID. 3. 3.) PRÆCINCTI IN SELLA
APUD MAGISTRUM AFFIDERENT. IN IPSO IUDO SILENTIUM, MODESTIA, ATTENTIONIS
CURA, VERBO HOC AGE COMMENDATA, IN SCRITORIBUS LEGENDIS, IN ANTIQUITATE
COGNOSCENDA, IN HISTORIA RELIQUISQUE HUMANARUM ARTIUM STUDIIS DOCENDIS
DISCENDISQUE DILIGENTIA, IN REBUS PERCEPTIS SUB ACUMEN STILI REDIGENDIS PER-
PETUUS CONATUS. RECEPIT QUOQUE FABIO TESTE (I. 1. C. 3.) CÆDI PETULANTES,
NON IMPROBANTE CHRYSIPPO, NOTUMQUE EST, QUID DE ORBILIORUM FERULA
PROVERBIUM FERAT, QUAMVIS NEC IPSI QUINTILIANO, NEC PLUTARCHO ISTA ACERBITAS
PLACEAT. ET REIMANNUS SUB CALCEM IDEÆ SYSTEMATIS ANTIQUITATIS LITERA-
RIÆ, VBI DE DISCIPLINA VETERUM SCHOLASTICA AGIT, EX INTERPRETE ARISTOPHANIS
& HARTUNGI MEMORABILIBUS REFERT, PUEROS INGENUOS ALLIORUM & CÆPARUM
CAULIBUS, FERE VI MILITES VITE CENTURIOSIS, CÆFOS OLIM ESSE. OMNINO, NE
MORES CORRUPTERENTUR, SCHOLA SEUERITAS, PODOR, CASTITAS CONFITABAT. (V. PLIN.
I. 3. EP. 3.) LEGBEBAT MAGISTER, CIUIUS SANCTITAS TENERIORES ANNOs AB INIURIA-
cu-

custodiret, ferociores a licentia grauitas deterreret. Hoc cum aequum
esse censem Fabius, tum addit, non satis esse summam prestatu abstinencia,
nisi discipline severitate conuentientium quoque ad se mores adfrinxerit; nec
habere vita, nec ferre debere. Talem Julium Genitorem Hispullæ com-
mendat Plinius; talem Euphratem philosophum laudat alio loco. (l. i. ep. 10.)
Quid parentes? nolunt, ait Arbitr. liberos suos severa lege proficere. Ne-
que vero profictrit nisi severa lege. De Diophanto Themistoclis, de Di-
onis filio, de Athalarico, de Henrico IV. de aliis res nota. nos in Cicero-
num familia subfitemus. Indulgentiam Q. Ciceronis in filium Marcus ad
Atricum (x. 12.) commemorat, nec de suo in M. filium amore tacer. Quid
exinde spes? Credas Trebonii (fam. xii. ep. 16.) commendationi? ne-
que enim desunt nequissimi hominibus laudatores. At non creder Sene-
ca, qui sub finem suaforiarum Marci filii & alia & ebrietatem obiicit. Num
tamen M. an Q filius fuerit totarum amphorarum remex, de eo Hardui-
nus, vel Macceus, vel quisquis auctor est dissertationis de quatuor Ciceroni-
bus, cum aliis transfigant. Sed lex severa odiosa est parentibus. Testis
Meffalla (c. 29.) vbi corruptionem domesticæ disciplinæ a græculis psecdadi-
bus, seruus eorumque & reliquorum inculta familiaritate, item paren-
tum exemplo deducit, vnde si non ianua recipiatur, tamen pseudothyro
intromitterit importunitas, audacia, petulantia. Tum perstringit scenico-
rum artificum amorem, lanistarum spectandorum atque equitandi infantia-
m. quibus, ait, occupatus & obsecus animus quantum loci bonis artibus re-
linquit? Cicerio in Tusculanis (l. 2. n. 27.) mala domestica disciplina vita-
que vmbritali & delicata omnes nervos virtutis elidi fateatur. Grauiter An-
neaus. (de ira l. 2. c. 21.) unicus quo plus indulgetur, pupillisque que plus li-
cet, corruptior animus est. Non ressistet offensus, cui nihil unquam negatum
est, cui lacrymas semper sollicita mater absterit, cui de pedaggo satisfactum
est. Egregie vero Mitio Terentianus de filio adoptivo: obsonat, potat, olet
unguenta? de meo. Amat? dabitur a me argentum, vbi erit commodum
- Et, diis gratia. & unde haec sunt, & adhuc non molestia sunt, vbi plora in
eandem sententiam adolescentibus Echino & Ctesiphoni similibus grati-
fima. Planissime Quintilianus, postquam coccam & sopitam parentum so-
cordiam accusat: vitam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus!
infantum statim deliciis solubimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam
vocamus, nervos omnes & mentis & corporis franget. Quid non aditus con-
cupiscent, qui in purpuris rept? - - Ante palatum corum, quam os infrui-
mus. - - Gaudemus, si quid licentius dixerint. - - Nec murum, nos do-
cuimus, ex nobis audierunt. Omnia convivuum obscenis cantus strepit, pu-
ndeta diu spectantur, sit ex his conjectudo, deinde natura, discunt hac mi-
seri, antequam sciunt vita esse. inde soluti ac fluentes non accipiunt et scholis
mala ista, sed in scholas afferunt. Dicit Seneca (ep. 108.) se scholam Attali
obedire, & primum venisse & nouissimum exisse. ac credibile est, matres
quaque tum, quod de suis temporibus O. Ferrarius scribit, anxie pauisse, ne
si somnus intempestive abrumperebet, deterior valetudo fieret, neteneram
cutem matutinum frigus perstringeret, aut sol adureret. In scholis absente
magistro de equis, canibus, imo de Erotiis suis confabulatoris esse, certum est.
Quos alias, ait Meffalla, adolescentiolorum sermones excipimus, si quando au-
diutoria intraeunimus? Ne praecptores quidem villes crebriores cum auditoribus
suis fabulas habent, colligunt enim discipulos non severitate discipline, nec in-
genii experimento, sed ambitione salutantium & illecebris adulatiois. In-
ipsis elementis discientium parum elaborari, nec satis opera in cognoscen-
dis liberalibus artibus insumi idem conqueritur. tum quod amore libero-
rum, id est sui laborant, tum quod spes suas ambitione ditant. Ultimam di-
sciplina labem ac perniciem lepide describit Plautus in Bacchidibus (a. 3. sc. 3.)

At

At nunc priusquam septuennis est, si attigas eum manu,
Extemplo puer paedagogo tabula dirumpit caput.
Cum patrem ad eas postulatum, puer sic dicit pater:
Noster es tu, dum te poteris defensare iniuria.
Provocatur paedagogus: ego senex minimi precii,
Ne attigas puerum illi caula, quod fecit strenue.
It magister quasi lucerna, uncto expressus linteo.
Iur illi iure dicto. Ittoccine hic pacto potest
Inhibere imperium magister, si ipsius primus vapulet?

Sed praeftat apud Plautum totam hanc scenam legere, Lydi paedagogi misericordia, Pistocleri mores, Mnefilochi condiscipuli ingenium, Philoxenii patris comitatem noscere. Nos maluimus omnia veterum verbis, quam nostris exprimere, ne quis de nostris temporibus sermonem esse arbitretur. Corrupta tamen disciplina & mores olim corrupti sine dubio sunt & hodie affectus animi vitium trahunt. Huic rei in schola nostra vt alias occurritur, ita eodem consilio nunc quoque in solenni panegyri de animi perturbationibus carumque stultitia contrarie simul procedenti agemus. Exordietur lat. orat. Jo. Christoph Keppel, Grunberg. Sil. de vitiis voluntatis & egreditiunis mentis in vniuersitatem; tum amorem sui revera odio sui laborare vernacula ostendet Gottlob Frid. Bagemihl, Francof ad V; at odium Dei odio dignissimum greco sermone accusabit, addite in eam rem meletemate ebraico, Sam Genischen, Muncheberg. March. Deinde cupiditatem sua vincere cedere germ, orat. Wolff, Ehrenreich a Sack, Eq. Crosn. Sil. amorem mundi esse amplexum hostis tetrici lat. orat. Christian Josephi, Sor; voluptatem incunditati aduersam ferm germ. Frid. Christian a Buquoy; avaritiam suorum prodigan lat. orat. Heur. Adolph a Sack, Eq. Sil. fastum sui contemptorem germ. Christian Gotthold Grosche, Hoyersw. Luf. & inuidie minime omnium inuidendum esse carmine heroico lat. Jo. Gottlieb Ujeus, Halbav. Luf. docebunt. Specie foliorum oratione germ. complectetur Gottfr. Grossmann, Sommerf. Luf. ac simili spem integrum & laudabilem GENEROSISS. Dom. BALTHASARIS ab HEINZENAV, Dynastæ in Petersdorff prædicabat, qui instituta mensa quotidiana aque epulatione optime de schola nostra meritus speravit, eam rem posteris quoque vsui fore, ac tanti beneficii memoriam conseruatum iri. Timorem absurdum Erdm. Sigism. Heinfus, Sor. lat. orat; idaropuoriv sibi ipsi exitio esse Jo. Frid. Bæhm, Beuthen. Sil. carmine germ; amulationem emulacionem indignam lat. Georg. Müller, Sommerf. L; indignationem non sine indignatione dimittendam vernacula Jo. Gottlieb Sam. Blochmann, Freystad, Sil; nulli rei magis quam irascendum esse lat. Jnnan. Frid. Candler, Greifend. Misn. planum facient. De commiseratione vix miseranda germ. Lud. Baltb. Lucius, Freystad. Sil; de pudore & pudendo sepi & impudenti lat. Jo. Carol. Kitzing, Logau. Crosn; de libertinismo pesimo mancipio germ. Wigand Abr. Berchner, Sor; de desperata confidencia conditione lat. Jo. Christian Mieckisch; de deploranda gaudii inepti itidem lat. Christian Sig. Jacobi, verba facient. Quando autem humanissimi adolescentes Mieckisch & Jacobides, qui a prima ætate in schola nostra non sine industria verfati moribus ad capienda præcepta molitoribus optimi cuiusque benevolentiam sibi conciliarunt, iam in academiam se collaturi sunt, ille oratione, hic elegia germanica pietate functi de scena decedent; quibus stadium feliciter emensis gratulabitur carmine eleg. lat. Carol. Gottlob Wieck, Elsterw. Misn. perito de tristitia ætiorum argumento, idemque auditoribus gratias aget. Abiituros piis votis nos quoque prosequimur, vt duce DEO vel repulsis vel victis animi redierit, ad eam, quam sibi proposuerunt, metam suo tempore perueniant! Patronos rei scholasticae rogo, vt breuissimas oratiunculas benigne audire, & grauem castigantemque disciplinam vel præstantiam sua regere, & ceteroquin ne prolatabatur aliquius vitio, auctoritate qua decet impendre velint. Sorauiae
prid. non. aprilis anno id CC XXIX.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



202

A. n. Ω.
 AD AVDIENDA
 IN ACROASI PVBLICA
 PARADOXA
DE VITIIS PERTVRBATIONIBVS QVE ANIMI
IN VISCERA SVA SAEVIENTIBVS
AKVSMATA

&
 ORATIONES *προσκυνήσεις*

ANISSIMIS ET PLACIDISSIMIS
 MORIBVS

CIANI MIECKISCH

&

SIGISMVNDI JACOBI,

NO SILESIORVM,

IAS PETITVRORVM,

uerit, secundum sacra matutina

TTERATOS ET LITTERARVM

AMATORES

debet humanitate vocat

&

prolusionis loco

TRONII VERBA:

SVOS SEVERA LEGE PROFICERE,

Romanorum disciplina

illustrat

Gottfr. Zeiske,

ei sorani & societatis saxonice
 rit, & scientiar. collega.

LÆ, stanno ROTHIANO.

Farbkarte #13

